

## Disputatio Theologica De Fide Salvifica

Tubingæ: Typis Georg-Henrici Reisii, Anno R. S. M DCCIV

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870237659>

Druck Freier  Zugang





54.

*Fa-1092 (54.)*

1. Tractatus Theolog. de Praeceptis d. Holzfur.  
2. De Jure Sabbathi. Stryk.  
3. de Herba Bonith. Jerom. 22.  
4.

2.

37.

9.

36.

6.

3.

4.

3.

1.

2.

1.

2.

3.

16.

5.

5.

5.







28.  
D. D. B. V.  
DIPUTATIO THEOLOGICA  
*De*  
**FIDE SALVIFICA,**

*Quam*  
Adspirante Supremo Nume  
IN  
PERANTIQUA TUBINGENSI  
UNIVERSITATE,

*PRAE SIDE*

**DN. CHRISTOPHORO.**  
REUCHLINO,

S. S. Theolog. Doctore, Profess. Publ. Ordinario  
& Ecclesiæ Pastore,

h. t. Facult. Theolog. DECANO,  
Præceptore ac Fautore suo nunquam  
non devenerando,

*Publico sibet Examini*

**M. ANDREAS HERMANNUS Ernst/ Heilbr.**  
*AUTHOR ET RESPONDENS,*

IN AULA NOVA,

*Ad Diem 8. Julij,*

Horis ante- & pomerid.

---

TUBINGÆ,  
Typis GEORG. HENRICI REISII,  
ANNO R. S. M DCCIV.

VIRIS  
GENEROSIS atq; PERSTRENUIS,  
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS ac EXCELLENTISSIMIS,  
S. R. I.  
LIBERÆ CIVITATIS  
HEILBRONNENSIS,  
DOMINIS  
CONSULIBUS ac SENATORIBUS,  
PATRONIS LONGE BENIGNISSIMIS;  
UT ET  
MINISTERII ECCL. HEILBRONN.  
THEOLOGIS,  
VIRIS  
MAXIME REVERENDIS, AMPLISSIMIS,  
atque DOCTISSIMIS, VINEÆ CHRISTI  
PLANTATORIBUS FELICISSIMIS,  
SCHOLARCHIS MERITISSIMIS,  
DN. Benefactoribus Fautoribus  
atq; Patronis piè colendis,  
HOC SPECIMEN THEOLOGICUM  
In Gratitudinis aram  
& Studiorum μνημόνιον  
Cum omnigenæ prosperitatis voto  
Dat, dicat, dedicat,  
Humillimus Cliens  
M. ANDREAS HERMANNUS Ernst,  
AUTHOR.



## PRO O E M I U M.

**D**E nulla alia §. 1. nisi Fide Salvifica nobis est Sermo, §. 2. ejusdem definitio, §. 3. Originus principalis, §. 4. Ministerialis, §. 5. Subjectum, §. 6. Objectum, §. 7. Requisita, §. 8. Forma, §. 9. Effectus, §. 10. Causalitas fidei, §. 11. Adjuncta, §. 12. Finis.

### §. I.

**N**obis non vacat pluribus disputare de ample hujus materiae campo, cuius diversas hypotheses & divisiones excutere aut componere majoris res operae est, quam ut hic in compendio confici possit. Sufficiat itaque nobis pro ratione temporis & instituti neglecta historicâ Jac. 2. ¶ 19. hypocriticâ, quallem illam *ἀρχόντων*, Joh. 12. ¶ 42. pronunciant cum Chrysostomo, Chemnitius, Ægyd, Hunnius, Tarnovius, aliis tamen ex nostris tribus infirmam licet veram tamen dicentibus, miraculosa 1. Cor. 13. ¶ 2. & Politicâ seu Civili 2. Reg. 12. ¶ 15. & cap. 22. ¶ 7. 1. Maccab. 8. ¶ 12. in praesentiarum disquisitio De FIDE SALVIFICA, cuius mentio fit, Rom. 3. ¶ 28. quæ & justificans, Rom. 4. ¶ 3. Saluticipa dicta B. Dannhawero Hodoſ. p. 1301. Utens. B. Confessoribus Apol. A. C. p. 60. quin & justitia, cum sit obedientia erga

A 2

Evan-

53

55

57

53

55

Evangel. Vid. A. C. p. 125. Quam fidem juxta seriem superius indicatam cum D E O  $\omega\sigma\epsilon\tau\alpha\mu\eta$  delineabimus.

§. II.

Præsupposita fidei doctrinâ, fides, quâ creditur nobis cum probatis Theologis definitur, quod sit alter pœnitentiæ actus, quo peccator terroribus conscientiæ contritus ex verbo Evangelii medicinam ad se in individuo facta fiduciali appropriatione meriti C H R I S T I quærit & invenit, Conf. B. D. König. Theol. Positiv. p. 263. & D. Cancell. Jäger. Compend. Theol. pag. 313.

§. III.

Origo Fidei principalis seu ejusdem Causa Efficiens est D E U S Unítrinus Joh. 6. ¶ 29, terminativè verò & secundum singularem *oikouopion* Spiritus Sanctus in officio suo spectatus, quatenus nimirum per præconium doctrinæ Evangelicæ homines illuminare intendit, & de D E I voluntate ac verbi annunciati veritate testimonium perhibet I. Cor. 12. ¶ 3. A verbo namque & sententia Legis ad promissionem gratiæ deducere peccatorem & tremulum primo gratiæ desiderium, vivamque deinde consolationem insinuare solus D E U S potest, Conf. Apol. A. C. p. 71.

§. IV.

Causa ministerialis indicatur I. Cor. 3. ¶ 5. Media verò est verbum Evangelij. Ex illo solo propriè oritur conversio, I. Petr. 1. ¶ 21, seq. atque nascitur fides in pœnitentiâ, Rom. 10. ¶ 17. Intelligimus autem non tantum verbum audibile, sed etiam visibile h. c. Sacraenta N. T. Baptismus enim Sacramentum initiationis fidem generat in infantibus Tit. 3. ¶ 5. Gal. 3. ¶ 27. Atque ex S. Cœna, tanquam Sacramento Confirmationis fides adulorum incrementa capit, I. Corinth. 12. ¶ 13.

§. V.

Materia in quâ sive Subjectum idque totale est *homo peccator* quidem, sed pœnitens verboque Legis ita contritus,

ut

ut & profunda sui corruptione & impossibilitate propriis viribus eluctandi è statu miseriae & perditionis citra vel tergiversationem vel declinationem agnitā, omnem planè suip̄sius fiduciam abiciendam & salutem, si qua speranda, alibi quærendam esse intelligat. Rom. ii. v. 32. Gal. 3. v. 22. Apol. A. C. p. 160. & 320. Partiale verò Subjectum diverso respectu & Intellectus & Voluntas est. Neque enim fides ens aliquod simplex est, sed quasi aggregatum, ex multis actibus constans, licet sit unica unitate objecti, Apol. p. 68. 69.

§. VI.

Materia circa quam sive Objectum id sc. quod credit & cui innititur fides, quando cum D E O sibi agendum est in judicio (quando enim in toto suo ambitu sumitur, pro objecto habet omne illud quod D E U S revelavit) *Promissio* est *Evangelica* atque in illa *Christi Meritum*, tanquam ab ipso D E O positum & destinatum in propitiatorium Rom. 3. v. 24. 25. & pretium pro peccatis sufficientissimum, I. Joh. 2. v. 2. I. Petr. 1. v. 18. 19. Apol. A. C. p. 69.

§. VII.

Materia ex qua sunt partes fidei *materiales*, quæ ut triplex datur fidei requisitum, Certitudo scil. Objecti, monente B. *Chemnitio*, Certitudo Subjecti & pii Affectus, tres quoque sunt: *Noritia* (1.) respectu Objecti, non quævis nec otiosa historiæ seu dogmatum, sed quæ cum seria agnitio. ne peccati & naturalis nostræ *aduerauiæ* conjuncta, redem. tionem per C H R I S T U M factam, ejusque pretium rectè agnoscit, Esai. 53. v. 12. Tit. 1. v. 1. Apol. A. C. p. 585. (2.) *Affin. sus* respectu Subjecti, non theoreticus modo, verum etiam practicus, ad Objectum scil. Spirituale relatus, ita ut verissimas non tantum certissimasque sed etiam optimas atque πάντις διδόσχης dignissimas judicet promissiones gratiæ in C H R I S T O , I. Tim. 1. v. 15. Ebr. 6. v. 18. Apol. A. C. p. 68. 69. Denique (3.) *Fiducia* respectu pii Affectus recumbens

A 3 non

non tantum in historia, sed etiam in effectu historiae, videlicet remissione peccatorum, Ebr. 11. v. 1. A. C. Artic. 20. p. 18. quam ob causam argumentum non apparentium & *μαρπτια* appellatur. Hebr. 3. v. 14. 1. Joh 4. v. 17. Conf. B. Scherzer. System. p. m. 301.

### §. VIII.

Forma fidei Receptio est non tantum cognoscitiva & approbativa verum etiam objecti Cogniti & approbati appropriativa, sive individualis applicatio, quâ anima sensu peccatorum suorum contrita ac de plenitudine salutis in Christo, firmiter persuasa, extra se tota fertur, ita apprehendendo & verbum promissionis & justitiam Jesu Christi satisfactoriam, ut illam tanquam summum suum Bonum & inestimabilem thesaurum amplectatur, eidem innitatur unicè, suaviterque in illa acquiescat Joh. 1. v. 12. Rom. 5. v. 17. Col. 2. v. 6. Cantic. 3. v. 4. Apol. A. C. pag. 76. 123. 173. seqq. Conf. Disput. Excell. D. Praefid. de Nat. Fidei Justif. p. 15. §. 15.

### §. IX.

Effectus seu Consequens fidei immediatus est *justificatio*, Rom. 3. v. 28. quam *adoptio* Joh. 1. v. 12. *Unio cum Christo*, Eph. 3. v. 17. & *pax Conscientiae*, Rom. 5. v. 12. sequuntur. Apol. A. C. pag. 76. mediatus verò *renovatio* & *sanctificatio*, Act. 15. v. 9. Gal. 5. v. 6. 2. Petr. 1. v. 5. B. D. Gerhardus facit duplēm fidei εὐρέτων, formalem unam quæ est interna, quâ Christum in Evangelio intuemur & apprehendimus; effectivam alteram, quæ externa seu legalis quâ fructus bonorum operum producimus, quorum regula & norma est lex divina. Conf. Isag. p. m. 727. Atque hoc ex superioribus patet. Cum enim fides concipiatur in terroribus Conscientiae, non potest existere in illis, qui secundum carnem vivunt. Cumque homo se fide convertat ad Evangelium, quia *ius Legis agnoscit*, *justificatus obediens Legi DEI* incipit ejusque normam sequi. Apol. A. C. p. 86. 134. alibiique passim.

### §. X.

## §. X.

Iustificat autem & salvat fides, non quâ opus, aut qualitas vel virtus nostra aut quatenus conjunctam habet charitatem, quâ formetur, sed quatenus est medium ac instrumentum apprehendens gratiam DEI & Meritum Christi in promissione Evangelii exclusis operibus Rom. 3. v. 24. Gal. 2. v. 16. Eph. 2. v. 8. Tit. 3. v. 8. Abesse debet omnis meriti opinio, cum homo sententiâ Legis condemnatoria perterrefactus in sua vel desperatione vel contritione meritum querere nulla ratione possit. *Apol. A. C. p. 71.* Ope-  
raque nostra sint (1.) debita (2.) aliena, spiritus S. potius, quâm nostra (3.) imperfecta, nullamque habeant proportionem ad æternam beatitudinem. Rom. 8. v. 18. Vid.  
B. *Calov. Isag. p. 293.* Interim non negligendum quod docet B. *Gerhardus*, particulam scil. sola removere quidem opera non tamen ab actu præsentia sed saltē à communione efficientia l. c. pag. 867. *Αριβεταν* autem hanc, quæ sollicitè nō quatenus urget, in quæstione hac non esse otiosam, suo exemplo ostendit, Paulus Rom. 4. v. 2. 3. 4. 5. 16. c. 9. 30. seqq. & c. II. 6. 32. alibique passim: atque si non totidem syllabis, tamen quoad rem ipsam B. *Confessores in A. C. p. 10.* & *Apol. pag. 68. 70. 76. 125. 129. 133. 296. 279. &c.*

## §. XI.

Ad adjuncta fidei pertinet ejus *Unitas*, Eph. 4. v. 5. *Certitudo*, 2. Cor. 1. 21. 22. *Gradus* denique, nec non *firmatas* & *infirmitas*. *Firmitas* 2. Petr. 1. v. 1. Cum fideles Apostoli fidem *ιστότυπον* & secum æqualem fuisse sortitos hic constet. Porro in *Centurione* Matt. 8. 10. in *Muliere Cananæa* Matth. 15. 28. in *Muliere*, sanguinis profluvio laborante Matth. 9. v. 21. 22. Plura Exempla firmiter credentium Hebr. 11. per tot. c. in primis *Abrahā* Exemplum, qui haud immerito & *κατ οξον* Pater credentium vocatur, Rom. 4. v. 16. 19. 20. Cujus fidei *magnum* hoc argumentum erat, quod crede-  
ret

ret Sarah sibi paritum filium ex divina promissione, cum tamen & ipse jamjam tot haberet annos, & Sara duplice ratione esset emortua & propter ætatem & propter sterilitatem Gen. 16. vs. 2. cap. 17. vs. 17. Infirmitas contrà fidei Matth. 6. vs. 30. cap. 8. vs. 26. Marc. 9. vs. 24. Luc. 17. vs. 5. deprehenditur, hinc ne fides in Apostolis prorsus deficeret, Christus ad Patrem in Officio Mediatorio preces fudit, Luc. 22. vs. 32. Plura fidei inæqualis Exempla hinc inde in Sacris prostant, ipsa quoque experientia hisce in primis turbulentis & bellicosissimis temporibus testatur, dari vel ~~πεστιναριας~~ Luc. 8. vs. 28. vel ~~ἀλιστηριας~~ Matth. 9. vs. 26. vel qui prorsus cum Dema Dominum relinquent 2. Tim. 4. vs. 10. Fideique naufragium cum Hymeneo & Alexandro patiuntur 1. Tim. 1. vs. 19. Propterea exclamandum: **H**Erz  
ich glaube/hilff mir Schwachen/ & orandum: Domi-  
ne adauge nobis fidem! Marc. 9. vs. 24. Quod ex DEI po-  
tentia per fidem firma sit salus, 1. Petr. 1. vs. 5. Ut ut ergo  
fides inæqualis sit ratione graduum, etiam interdum apud  
unum fidelem successivè, æqualis tamen apud omnes ra-  
tione objecti, virtutis & gratuiti præmii, est & manet Conf.  
B. D. Mich. Walther. Harm. Bibl. pag. 1179.

§. XII.

**S**alus denique animarum & vita aeterna est juxta. 1. Petr.  
1. c. vs. 9. fidei.

F I N I S.

**E**rnst per anagramma Stern.

**W**eil dann Herr Bruder will mit Ernst den Glauben treiben-  
Und seinen Werken nicht zuviel mit andern traut.  
So wird Ihm auch darvor der Stern des Glaubens bleiben-  
Wohl dem der nur allein auff Christum Jesum  $\frac{1}{2}$  baut.

Dieses wollte aus ernstlichem und aufrichtigen Gemüth  
seinem vielgeliebten Herrn Bruder bezeugen

**M. Joh. Ludwig Goll/ Opponens.**




SCHT DEO GRACIAS











riter vindicasse, vel ex iis, quæ nos adduximus, no forsitan pari ratione etiam Innocentio XII. aliare historica sunt, obrepere posse, dicere posset. uctas ex iisdem sententias, quæ jam ante quadra- aspexere, ab Ecclesia Romana nondum esse damna- rum Virorum scripta Romæ quoque magni æsti- e Papebrochio in Resp. ad Art. XIV. n. 4. & 56.

am Pontifices in Bullis suis, quibus Indulgentias atorum remissionem sese illis concedere dicant, o aliter judicare poterit, quam vel generali sensu liberi, vel saltem culparum veniam eâ intelligi, n, peccatum dicere, admodum improposita sit locu- ficii Doctores propemodum omnes uno-ore cla- ummodo phrasin intelligendam esse. Bellarminus

VII. scribit: *per Indulgentias non absolvimur nec sol- lius, i. e. nec lethalis nec venialis.* - - - *Si quando in i legatur, concedi absolutionem à culpa & pœna: in- vopterea dici, quod indulgentia conjungitur ordinarie nfessione, & facit, ut qui per Sacramentum pœni- à culpa, per indulgentiam absoluatur à pœna. Par- Pontifices se per indulgentias absolvere pœnitentes à re omnia peccata, vel dimidiam aut tertiam partem quuntur de peccatis, quoad pœnam, non quoad culpam, à remissa esse creditur.* Ex adverso Morinus L. X. Indulgentiarum se non modo in pœnam pec- im extendere defendit, dum §. 1. ita scribit: *Prope- na, que de his pœnitentiarum remissionibus occurunt, non modo pœnarum peccatis debitarum, sed etiam issionem polliceri, & quo antiquiora sunt illa testimo-* Nondum igitur inter ipsos Pontificios conve- constat, quid Indulgentiis consequantur, cum am parte communis Theologorum sententia, ex- tatis & verborum sensus allegetur. O terque os Evangelicos, qui verbo divino unice ac im- omnimoda culparum atque pœnarum remissio-

im abrumpendum est hoc filum, quod equi- binationis & temporis ratio pateretur, ulterius ophonem itaque eidem imponimus elegantissi- mis.

Image Engineering Scan Reference Chart TE83 Serial No. 0111